

Cuiusnam primus omnium Altorum fuerit Typis impressus.

F.H. 153
54

IIa
457

X 23A 6866

III.

Dum crastino die,

qui erit d. XI. Aprilis Anni huius CIO DCCCVIII.

QUINQUE DISCIPLI
CLASSIS SELECTAE
publicum *VALE dicere* tecum constituerunt
ILL. GYMNASIO
ISENACENSI,
verba facturi *ex prompta memoria,*

vt.

Mecoenates, Patroni Fautoresque bonarum,

litterarum gratiose benevoleque & amice audire ipsos velint,

memorem simul

pro acceptis hactenus beneficiis

animum restituros,

submitte, officiosissimeque etiam atque etiam peto

CHRISTIANVS Juncker / Dresdensis,

Historiographus Ducalis Saxo-Henneberg,
& Ill. Gymnasii Rector.

ISENACI,

Typis Michaelis Urbani, Aulae Typographi,



92

Dmittendi iam sunt in Academiam abs me publico nomine **QVIN QVE** IUVENES, qui singuli aut Vrbi aut agro Isenacensi suam debent originem, quorumque non exigua laus in eo vertitur, quod & legibus publicis obsequentes, suisque commodis consulturi, non abitu ex Gymnasio praecipitare, sed peractis demum stipendiis, bona cum Max. Reverendi Dn. Ephori, Praeceptorumque reliquorum venia, discedere hinc voluere; rectius arbitrati fieri a se, si nec morderent fraena, nec inconsiderato mentis impetu fugam potius meditentur, quam honestum ex Gymnasio discessum. Singuli ex his nuper auditi sunt verba facere, laudemque industriae suae promeruerunt; atque vti cunctos, nullo excepto, commendat & constantia obsequii, discendique ardor, & frequens nec fatigata adsidendi ascultandique cupiditas, per omne illud tempus, quo nobis quidem contingit, ex providentia Dei, illustrem hanc Scholam moderari; ita quosdam & felix aptumque litteris ingenium, quosdam vero bonae mentis foror, paupertas, (a) commendat, eamque in spem nos adducit, fore, vt, si pergent illi esse, quales hactenus sese gesserunt, & Patronos studiorum habituri sint, futurique aliquando viles publicae rei. Cumque adeo ante, quam hinc discederent, *ultimum Vale* Gymnasio, in quo educati sunt atque liberaliter, dicere constituerint secum; ipsi sibi, quod bono omine fiat, elegerunt sermonum argumenta, *ex prompta memoria* proferendum.

Igitur *primus* ex ordine, quem inter suos duxit, prodit,

HEINRICVS CHRISTOPHORVS GÖhring, Isenacensis,

ac de eo, quod *fatale* videatur esse in quibusdam nominibus, edisseret. Equidem nolumus negare, *fati* vocabulum, (quod fortassis rectissime omnium interpretere, arcanum Dei, cuncta moderantis, consilium, quo res hominum singulorum temperantur, quamdiu viuunt) trahi interdum solere in aliam longe, quam decet, significationem, & temerarias quoque mortalium actiones scuto quasi fati cuiusdam obregi communiturque, aut excusari. (b) Quin absit etiam, vt statuamus, ipsis nominibus (quae nuda rerum hominumque adeo signa sunt) ineffe quidpiam fatale. Sed ea mens est, commemorari in historia certos Reges ac Principes, (nam de his cum primis instituitur sermo) qui hoc vel illo notati nomine, aut felicitatis suae, aut aduersae fortunae, posteris dederunt documenta. (c) Constat enim, Octauio Augusto imperante, ad summum fastigium peruenisse Romanum Imperium, quod corruit demum, regnante Augustulo Momyllo; Orientis Imperium, Constantino Magno auctore constitutum, decremента accepisse sub singulis Constantinis, vsque dum tandem Byzantium a Turcis expugnatum est, occiso simul Constantino Palaeologo. Philippi Hispaniae, Henricique Galliae, & Jacobi Scotiae Angliaeque Reges, quod durissimis rerum suarum calamitatibus fuerint diuexati, nemo est qui ignorat; quodque eandem sortem experti sint Saxoniae Principes, qui Iohannis Friderici nomine vnquam sunt notati, (d) Neque commemoratu dignum non est, quod inde a duobus abhinc saeculis Daniae Regno praefuerint Christiani Friderique Reges, non turbato successione ordine. Rifu autem prope dignum videri queat, tum, quod Pontifices Romani abhorreant nomen Petri, persuasi a Malachia, propheta Hybernico, (e) *sum Pontificem fore ultimum omnium, qui Petri nomen gerat*; tum etiam, quod nescio ex qua superstitione, nemo in Senatorum Erfurdensium numerum recipiatur, qui Petri nomine gaudeat; (f) ac tum denique, quod ea domus, in qua quis habitat,

nomi-

(a) Petron. Arbitr in Satyrico.

(b) Sorte, Fortuna e Fato, nomi vani,
Son degli animi vili usbergo e scudo,
cb' a ciassem l'opre son fortuna e fato. Giulio Pitti, Poeta Italus, citante Gio. Cinnelli, nella sua Biblioteca volante, Stanza sesta, p. m. 69.

(c) Notanda hanc in rem sunt verba Scriptoris Gallici, Gilles André dela Roque, au Traité del' origine des Noms & Surnoms, Paris 1681. in 12. chap. 20. p. m. 116. Il y en a qui veulent, qu'il y ait dela fatalité dans quelques noms; mais ceux à qui on en attribue, ont été portés par des Princes, dont la bonne ou mauuaise fortune a donné lieu à ce, que l'on en a dit. Et pag. 118. il est donc constant, que c'est un abus de croire, que la fatalité se trouue dans quelques noms; & après les exemples, que je viens de rapporter, on se persuadera sans doute aisement, qu'il n'y a rien de plus éloigné, dela raison, que d'attribuer aux noms ce qui arrive d'ordinaire seulement par la caprice & le jouet dela fortune.

(d) Nobiliss. Dn. G. P. Hönn, Consiliar. & Praefectus Coburg. in Chronico Coburg. P. II. p. m. 220. f. (e) Maximil. Mißon, Reise-Beschreibung p. 688.

(f) Martin Zeiler von den Sehen Reichs-Kreyßgen Tit. F. p. 330. m. de cuius tamen narrationis veritate dubitamus.

50

nomine *Johannis* insignitus, nihil habeat, quod a tonitru aut fulgure sibi timeat. (g) Sed de his omnibus *Gosbingius* noster plura enarrabit.

Hunc excipiet IOH. FRIEDERICVS REINHARDVS *Looff* / *Microbremen-*
bacensis, agetque de *Remedijs pauperatis*, non iis solum, quae cum natura homi-
num conueniunt, sed quae potissimum ex verbo Dei, certissimi egenorum Pa-
troni, debent hauriri.

Et qui hunc sequitur, IOH. ADAMVS *Knoll* / *Ifenacensis*, *Comparatio-*
nem Apis cum Studio bonarum litterarum, opportunam certe, instituet, monstrante
viam *Virgilio*, *Georgic. Libro IV.*

GODOFREDVS autem *Käyser* / *Allstedt-Thuringus*, pertractabit Quaestio-
nem: *Quisnam primus omnium librorum fuerit typis impressus?* Quaestio haec
sane curiosa est, nec a quoquam eruditorum peculiari studio, quantum nobis
quidem constat, ad examen vocata, & digna tamen, quae ad notitiam posterita-
tatis perueniat. Primus, qui ea dere aliquod congestit, visus est nobis auctor
Satyræ, cui titulus: *Caue Canem; de vita, moribus, rebus gestis, diuinitate, Gaspe-*
ri Scioppij, Apostatae, Satyricon, auctore Tarraeo Hebio, Nobili a Sperga, Germa-
no. (b) *Hanoia*, typis *Willerianis*, 1612. in 12. vbi pag. m. 289. -- 291. his verbis
differit: *De anno, quo typographica ars inuenta est, non conuenit inter scriptores. Vt*
quisque vetustum librum nactus est ante CXL. annos impressum, eum putat primum om-
nium excusum. Volaterranus in illam congeriem Commentariorum suorum multa remere
& sine delectu conicere solet, in quibus illud: Auctores artis impressoriae fratres duos,
homines Germanos, edidisse Romae, Augustini libros de Ciuitate Dei, & Lactantium,
eosque primos omnium prodiisse anno 1465. quibus significat, eo anno natam
typographiam, idque Romae. Alii producunt Libros Ciceronis de Officiis anno 1466,
a Johanne Fust impressos. Vnde quidam somniant, & ipsum Fust, artis inuentorem fuisse,
& ante eos Ciceronis Libros nullum fuisse typis excusum. Alii ab eodem
Fust primum omnium Moguntii impressum fuisse Doctrinale Alexandri Gramma-
tici. Omnium vetustissimum, cuius tamen nomen reticet, Venetiis excusum pro-
fert Rabbi Joseph, Sacerdos, in Chronico, anno Judaico 5188. Christiano 1428. quod ne-
mo haecenus animaduertit, certe nemo indicauit. Vnde ille Judaeus colligit, artem im-
primendi ab eo libro coepisse. Sed falluntur omnes. Nam opus Ciceronis de of-
ficiis non est primus librorum, qui typis excusi sunt, sed primus Ciceronis liber
de officiis. Idem de reliquis iudicandum. At illi libri eodem modo, quo hodierni, im-
pressi sunt, ex plumbeis nimirum litteris simul compositis, & in formas quadratas stipatis,
Aequi aliter rudimenta artis inchoata sunt. Nam non ex discretis & singularibus typis in-
ter se iunctis, ut hodie fit, coeptum est imprimi, sed in pagellis ligneis, quibus litterae inci-
saerant; qui modus excudendi in nostra Hollandia Harlemii inuentus fuit, vbi etiam ho-
die aedes ostenduntur, in quibus inuentor artis eam primus periclitatus est. Harum pa-
gellarum meminerat Accursus Mariangelus in Donato suo, in membranis excuso,
qui liber postea in potestatem venit Alai Manutii iunioris. Verba Mariangel post
alia sunt: impressus autem est heic (Harlemii apud Batavos) Donatus & Confessio-
nalium, primum omnium, anno 1450. adnotius certe fuit ex Donato Hollandiae
primum impresso, in tabula incisa. In Vrbe vero Harlemensi inuentam testatur vir
eruditissimus, Hadrianus Junius; qui cum iure hanc patriae suae vindicauerit, & non
pauca digna cognitu de eius incunabilis prodiderit, eam a tabulis incisis, & ab editione
Donati coepisse, ignorauit. Integrum dare voluimus locum, non ideo solum,
quod libellus vtique sit rarissimus, sed vt etiam adparere queat ex mox dicen-
dis, quam non satis accurate, & quam confuse animi cogitationes exponat Bar-
thius, Batavi personam induens. Ea vero res ita se habet. Ars typographica
inueniri coepit anno MDCCCXL. a ciue Argentoratensi, Job. Guttenbergio, (quod
prolixè, argumentisque non dubiis, commonstravit W. Ernestus Tenzelius, in
erudito libello) (c) suppetitante meditationibus eius occasione Laurentio Coste-
ro, ciue Harlemensi, qui eo tempore coeperat imprimere minores libellos, ta-
bulis ligneis incisos; quales erant Donatus, seu Grammatica minor, Iconibus exor-
nata, qui & ipse in eo imitatus erat artifices Italos, in laminis aeneis imaginum
figuras effingere non ita pridem exorfos. Guttenbergius itaque persua-
sus secum, idem effici posse per litterarum lignearum formas peculiarias, quod
Costerus in tabulis ligneis non infeliciter erat adgressus, Moguntiam ex Argen-
torato se contulit, circa annum MDCCCCL. communicans cum Johanne Fust
inuenti a se operis vtilitatem. Quo liberaliter erogante sumtus, coepitae sunt

ty-

(g) idem Zeilerus, in *Miscellaneis lit. N. p. 240.* citante *Elia Geislero in Diff. de Impositione Nominum, S. 64.*

(b) id est, per *δύναμις*: *Gaspere Barthio Beroliniaeo, quod indicatur expressis verbis in Syllabo operum*
Barthii, qui adiectus est eius Pomodidascalo, seu Petri Aretini Colloquio muliebri, Cygnae edito 1660. in 8.
p. m. 157.

(c) von Erfindung der Buchdrucker Kunst / *Gottha 1700, in 12.*

FK Ta 457

typis ligneis imprimi litterae in chartam pergamenam. (k) Enimvero cum & mole-
 stum nimis hoc esset, & fragile praeterea lignum; excogitati fuerunt typi plumbei,
 admisso aere solidiores facti. (l) Guttenbergius a Fausto non ita multo post discer-
 sit, lite inter vtrumque excitata; ex quo factum est, vt inde ab anno cjo ccccvi, &
 sequentibus, Faustus cum genero suo, *Petro Scheffero*, sola nomina sua, nulla habita
 Guttenbergii mentione, adiiherent libris a se impressis. Cum denique anno cjo
 cccclxii. die xxvii. Octobris, Archiepiscopus Moguntinus, Adolphus Nassoviae
 Comes, hostili manu Moguntiam expugnaret, dissipatae Faustii typographi operae
 sociique artem hanc, admirando Dei beneficio a Germanis inuentam, ad alias quo-
 que vrbes regionesque detulerunt. (m) Has adeo *artis typographicae* quasi *periodos*
 siquidem colligimus, quod fieri omnino oportet; iam demum patet, quod *liber*
primus omnium *tabulis ligneis* impressus *Harlemii* apud Batauos, fuerit *Dona-*
zus, circa annum cjo ccccxl. (n) Quod *litteris ligneis* impressus *Moguntiae* fuerit
primus omnium, *Vocabularium Catholicon*; (o) Quod *litteris aeneis* impressus *Mog-*
untiae fuerit *primus* liber, *Biblia latina* Anno cjo ccccl. (p) Quod *primus* liber
Moguntiae, *solo Faustii & Schefferi nomine notatus*, fuerit *Psalms* Dauidis, Anno cjo
 cccclvii. (q) Vtvero alios libros, qui in aliis *urbibus*, e. g. Norimbergae,
 Coloniae, Argentorati, Augustae Taurinorum, Vindellicorum, Rauracorum,
 Romae, Venetiis &c. ex quo tempore apud ipsas recepti fuere typographi, ex
 Moguntia dilapsi, *typis primum impressi* prodierunt, hoc loco recensemus, opus
 non est; cum iidem fere sint, quos Barthius loco supra citato commemorat.


Caeterum agmen Oratorum nostrorum claudet.
 IOH. MICHAEL *Judolphus* *Isenacensis*, peruersurus, *Auroram esse Musis amicam*.
 Singuli autem, pro beneficiis non modo per actetam suam acceptis, gratias,
 quas debent possuntque, decernent Patronis, sed vota etiam iam nuncupabant
 pro SERENISSIMO PRINCIPE, PATRIAE PATRE, *Illustri Aula, Regimine, Proto-*
Synedrio, Senatque Amplissimo, proque Salute demum *Ecclesiae pariter Gymnasique*,
 Nihil habeo, quod addam, quam vt moneam *Vos, Discipuli* haecenus *cha-*
risimi, memores esse velitis, accessuri ad Academiam, tum eius, quod Cicero
 (r) ad filium olim scripsit: *Suscipissi onus graue & Athenarum & Cratippi*; ad quos,
 tanquam ad mercatorem bonarum artium, cum sis profectus, inane redire turpissimum
 est, *dederantem & vrbes auctoritatem & magistrum. Tum & dicti Dauidici*, quo mag-
 nus quondam, sed infelix, Saxoniae Princeps, *Joh. Fridericus II.* semet erexit,
 Nummoque aureo, Saxoniorum prope omnium rarissimo, quique primus a no-
 bis Haugvizio, nunc Saxo-Vinariensi, Nummophylacio, fuit illatus, signari su-
 lit: *Non vidi iustum derelictum, nec semen eius quacere panem.* (s) DEVS SIT VO-
 BISCVM! Perhibebam in Gymnasio *Isenacensis*, die X. Aprilis cjo lcccviii.

(k) Tenzelius l. c. p. 17. ex *Tribemii Annalium Hirsaugienf.* P. II. ad ann. 1450. eritlich haben sie die Buchs
 staben auf hölzerne Formen ordentlich eingeschnitten/ und ein Vocabel Buch/ Catholicon genant/ gedruckt.
 (l) *Sigism.* a *Virckenim* Desereichischen Ehren/ Spiegel fol. 577. ait: Sie begunten erst hölzerne Wapen-
 ernen und Zuerne Buchstaben/ in der Mitte gelchert/ zu schnitzen und zu glessen/ welche man mit einem Draht
 aneinander steckte/ und als aus vielen Buchstaben eine Zeile/ und aus vielen Zeilen eine Form zusamen feste.
 Zur solche weise ward erlich die grobe Lateinische Schrift verfertiget/ welche dannenhero *Antiqua* die *Witte*/
 heisset; und werden bergleichen alte gelcherte Buchstaben allda zu *Wagnis* noch heutiges Tages den *neuen*
Drucker/ Gesellen wann sie das *Postulat* verschendten/ zum fo genantem *Tausf/ Penning* eingedunden. Item
 Tenzelius l. c. ex *Tribemio*, p. 18. Weil sie aber auf diese hölzerne Forme nichts mehr drucken konnten/ haben sie
 es subtiler angegriffen/ und eine Urth erfunden/ die Formen oder *Matrices* und Modelle von allen Buchstaben
 von Erz und Zinn gegossen/ die zu allem Druck genug waren/ und selbige erst mit dem *Messer* zurecht geschmilt.
 (m) Tenzelius l. c. p. 55. 56. (n) idem l. c. p. 30. Die Holländer san man nicht ganz verwerffen/ sondern
 man muß ihrem *Laurentio Costero* die Ehre lassen/ daß er den *Donat* und andre Bücher auf hölzerne Tafeln/
 ganze Seiten auf einmahl geschnitten/ und so Formen weise abgedruckt. *Referrri huc moventur*; *quas Max.*
Reb. Dn. Heinrichus Ludolfus Bentheimi in *elegantissimo* libro: *Holländischer Kirchen/ und Schulen/ Staat*
p. m. 69. commemorat: *Man sell zu Harlem auf dem Rathhause in einem silbern Käfigen mit grosser Sorg-*
falt vermahren ein Buch in Seide geuunden/ welches der Harlemer Vorgeben nach/ das Erste gewesen/
so gedruckt/ der Titel: Speculum humanas Saluationis; wobei viel Figuren. Doch wollen andre/ daß der
Donatus das erste Buch gewesen/ welches 1450. gedruckt worden sey. *Neque notabile non est*, quod *Nes-*
sin in *Reise/ Beschreibung* p. m. 25. narrat his verbis: *Dbaedachtes* Buch/ *Speculum* &c. ist in Seiden Zeug ein-
 gewickelt/ und dessen Verwahrung etlichen Raths/ Personen anvertrauet/ also/ daß man es nicht ohne
Wille kan zu fehen bekommen. Uber die Thüre des Hauses/ in welchem *Lauren. Costerus* zu Harlem/ bestim-
 mte aus dem Rathhause daselbst zu sehen) ehemahls gewohnt hat/ ist in göldnen Buchstaben folgendes
 zu lesen: *Memoria Sacrum. Typographia, ars artium omnium conservatrix;* bei primum inuenta, circa annum 1440.
Vana, quid archetypus & pracla, Moguntia, iactas? *Exultit hic, monstrante Deo, Laurentius artem;*
Harlemi archetypus praelaque nata scias. *Disiungulare Virum, disiungulare Deum est.*

(o) Tenzelius l. c. p. 17. & 32. (p) Idem l. c. p. 18. & p. 24. ex *Chronico Colonienf.* In dem Jahr unfers
 Herrn da man schrieb 1450. da war ein gülden Jahr/ da begann man zu drucken/ und war das erste Buch
 (entliche Litteris aeneis/ idem, p. 26) das man druckte/ die *Wibel* zu *Latzen* und ward gedruckt mit einer gro-
 ßen Schrift/ damit man nun die *Wiese/ Bücher* druckt. *quibus verbis addit Tenzelius* p. 27. Obie denn wer son-
 derlich omnino anzusehen/ daß nach dieses *Wisslichens* *Annalisen* Zeugnis/ das Erste Buch/ welches auf
 iesige Art mit befondern aus Erz gegossenen Buchstaben gedruckt werden/ die Lateinische *Wibel* gewes-
 sen gleichsam anzudeuten/ daß die neu anseheinende Kunst das Wort Gottes in der ganzen Welt ausbreiten
 würde; wie denn wirklich geschehen ist. (q) Idem l. c. p. 48. quod loco quidem exstat annus 1467. sed per er-
 rorem typographi, qui annum 1457. signare debuit, quod patet ex pag. 54. ispoque contextu.

(r) de *Officiis* 3, 2. 5. (s) *Videatur si libet, aut tanti Videbitur, liber a nobis anno 1706. editus, titulo:*
Das Güldne und silberne Ehren/ Gedächtniß D. Martini Lutheri, aus Medailien, pag. 316. & 317.

MC



Cujus primus omnium Librorum fuerit Typis impressus?

FA. 153
57

IIa
457

x 2316864

III
Dum crastino die,
qui erit d. XI. Aprilis Anni huius CIO DCCCVII.
QVINOVE DISCIPVLI
CLASSIS SELECTAE
publicum *VALE dicere* tecum constituerunt
ILL. GYMNASIO
ISENACENSI,
verba facturi *ex prompta memoria,*

VL
Mecoenates, Patroni Fautoresque bonarum,
litterarum gratiose benevoleque & amice audire ipsos velint,

memorem simul
pro acceptis hactenus beneficiis
animum restaturos,

submitte, officiosissimeque etiam atque etiam peto
CHRISTIANVS Juncker / Dresdensis,
Historiographus Ducalis Saxo-Henneberg,
& Ill. Gymnasii Rector.

ISENACI,
Typis Michaelis Vrbani, Aulæ Typographi;



92